Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dita sunt corpa anno et
mensibus septem quousque fa
bricarentur loca in quibus
posita fuerunt corpa sanctorum
Et illic reuocata sunt cum
gloria ymnorum et posita sancti
petri in uaticano nauma
chie et sancti pauli in uia o
stiensi miliario secundo ubi
prestantur beneficia orationum
eorum in secula seculorum amen

Pauli apost.

Paulus
hebraice
mirabi
lis apud
latinos
mitis interpretatur
hic ante saulus hoc
seruus apostolus gentium
aduocatus iudeorum a christo
de celo uocatus in terram pro
stratus qui osculatus cecidit
cecatus surrexit et ex per
secutore effectus est uas
electionis ex lupo ouis
cui nulla sors propria tradi
tur cum ceteris apostolis ad pre
dicandum quia in omnibus
magister et predicator e
ligitur Nam sicut petro
datus est apostolatus in reli
quiis circumcisionis ita
et paulo preputii in gentibus
Hic euglizauit septem ec
clesias et tribus discipulis
inter apostolos uocatione nouis
simus predicatione primus ga
malielis in lege discipulus
in euglio xpi seruus cuius
patria iudea fuit genus
de tribu beniamyn Hic
secundo post ascensionem domini
anno baptizatus dignita
tem meruit apostolatus atque
plus omnibus laborans
multum latius inter ceteros
uerbi dei gratiam seminauit
atque doctrinam euglicam sua
predicatione compleuit
Incipiens enim ab ihero
solimis usque ad yllirium
et ytaliam yspaniasque
processit ac nomen xpi mul
tis manifestauit gentibus